









1737.

1. Tijzer, Georg Heinrich: De collectione juris Canonice  
sive veteris sive recentioris et lectiones eius.  
prolatus.
2. Gebauer, Georg Christianus, Ord. iuris protocollarius: panegyricus (Frances Christianus Thilo) indicat.
3. Gebauer, Georg Christianus, Ord. iuris protocollarius:  
et . . . Philippi Henrici Hannibalis lectiones et disputationes  
in invitat.
4. Gebauer, Georg Christianus, Ord. iuris 2. classis:  
et panegyricus, in qua b. Cerd'satis . . . sommers et  
1) Ioann. Andrei Hamerlin 2) Georgio Harro Aggero, 3)  
Georgio Christiano Wulffo, 7) Ioanne Christiano Thilo 5)  
Philippo Henrico Hannibale 6) Friderico Christiano  
Kubbeis (!) . . . sommers in utraque sive domino  
confert, invitat.

5. Gebauerus, Georgius Christianus : De matrimonio cum  
avunculi virga.
6. Haasius, Johannes Martinus : De iure suorum Veteris  
proposito ad Tomae Cap. 9.
7. Hammesius, Dr. Iacobus : De testamenti accessione  
secundum lepsiu facta recocatione
8. Hollmannus, Jacob Christianus : De definitione iudicis  
scientiarum photopharmacarum binocularium.
9. Leibniz, Dr. phil. : Quod sensu debet et non debet  
ius naturalis, exponit.
10. Reinhartius, Tab. Sacra : De iuri non scripti extra  
territorium efficientia.
11. Reinhartius, Tab. Sacra : De presentia unius  
partis ob vires vel per vim alterius, in contrac-  
tibus nominatis exule.

12. Reizig, Joannes Benjaminus : De contractu iappicis
13. Rymannus, Joannes Christianus : De executione sub-  
sidiaris
14. Johannis, Christianus Ludovicus : Excursiones in  
argumenta novella . . . inter tumultuariam lic-  
tivam, novellam quasdam Imp. Louis Nellyphi  
Iosephi.
15. Sonckenberg, Henricus Christianus, Prof. iur. ord. & Pre-  
latis, quo disputationes furentur, a . . . quibusdam  
communi bonis . . . suscipientes, indicat  
et statu difficulti & tendo. 268 his consequenter,  
Vn Thesing sacer lobus. Finet in den & Herbjahr,  
genuinum intellectum restituere aggreditur.
16. Sonckenberg, Henricus Christianus : De loci consallium opus  
quae iuris baccac viribus.

17. Thilo, Iannes Christianus: De diversorum apificiorum confusione Germaniam peram profici atque non permittenda.

18. Trerus, Thure Samuel: De iuri prudentia publicis et titulis officii Imperatoris Augustissimi.

19. Unger, Jo. Christianus: De pacto repetendal ortho  
venditione annorum sedituum

1. Ad hanc libri editionem concordantem cum  
textu originali exinde non invenimus  
editiones illius. Atque si difficile sit ut  
editionem libri originalis eam etiam  
per se esse, tamen  
ad eiusdem libri originalis  
exemplarum non solum non invenimus  
partem unam, sed etiam non invenimus  
librum omnino.

17

IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA  
ORDINIS MEDICI PRODECANI  
ET PROFESSORIS PRIMARII  
**GEORGII GOTTLLOB RICHTERI D.**  
CNSILIAVII AVLICI ET ARCHIATRI REGII  
INVITATIO  
AD  
DISPVTACTIONEM MEDICAM  
**IN AVGVRALEM**  
CANDIDATI MEDICINAE DIGNISSIMI  
**IOANNIS CHRISTIANI SENCKENBERGII**  
FRANCOFVRTENSIS AD MOENVM  
DIE IV. SEPT. A. O. R. CIOCC XXXVII  
LOCO HORISQVE CONSVETLS HABENDAM.



GOTTINGAE,  
STANNO IOH. CHRIST. LVD. SCHVLTZII,  
ACAD. TYPogr.


IN TICIDOMA CED. GIA. VAG. ST.  
MORIENI MAGD. PRODECANI  
PROT. TH. H. S. L. T. M. T. M. T.  
**GEORG. I. GOTTF. RICHTER. D.**  
COP. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17.

17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17.  
17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17.  
17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17.  
17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17.

**N**on tam expeditum est, ut multis videtur, de plantarum viribus iudicium, nisi ad illas eruendas & a tergo & a facie pateat accessus. Qui solas hic experientias iactitant toties sibi contrarias & vanitatis saepissime conuiatas, minime illudent doctioribus, quibus incognitum non est, hanc veritatis inueniendae viam multis obseptam difficultatibus eos omnes aditu arcere, qui post rite defuitum corporis aegrotantis statum, eorumque, quae illud quotidie ingrediuntur & mutant, caute perspectam indolem iustos subducere calculos, & in sola superuenientis nouae mutationis constantia fidem medicamenti explorare nesciunt. Fallacis experientiae querelas ingeminavit Hippocrates, & cum eodem hodie ingeminant germani artis filii, quid non fallaciarum penes illos, qui difficillimam accuratae obseruationis normam nunquam assequuntur, germinabit? At ex altera parte longe peius de medicina merentur, qui ex quibusdam obscurissime stabilitis principiis nunc has nunc illas agendi leges inuestigandis corporibus in antecessum tribuunt, & ex arbitrio munera partiuntur. Quantum in repurganda medicina his eliminandis ingeniorum fordibus opus fuerit, diuersissima elapsis seculis medicinae facies declarat. Nec opera eximiorum nostro aeuo virorum sucum adhuc omnem detersit & natuum arti colorem restituit. Dabium tamen non est, si rebus exactiori sensuum testimonia cognitis seueriores ratiocinandi leges cum Borellis Pitcarniis Bellinis Keiliis Boerhaauis aliisque prouide

\*)

accommodemus, nec scopas illas dissolutas, quas vbi-  
nis reperimus, opera nimis tumultaria congregare &  
systemata condere festinemus, habituros nos esse cumu-  
latius, de quo & medici & aegroti sibi mutuo gratulen-  
tur. Itaque etiam in plantarum examine perplacet pau-  
corum Chemicorum circumspæcta prudentia, qua per  
simplicissimos mutationum gradus insitas earum virtutes  
scrutantur, & ex organica structura, quam iis fere  
cum animali corpore communem doctissimi viri deli-  
nearunt, examinis varie instituendi necessitatem colli-  
gunt. His mōris non est, quasflare plantam & vnum  
ex tot variis partibus succum exprimere, aut violento  
statim igne, quicquid in iis latere possit, extorquere,  
& tanquam eiusmodi, quod omnes plantae facultates  
possideat, interpretari. Sciunt illi, sic aequē ineptum  
ferri iudicium, quam si quis index de humani corporis  
fluidis & bilem & lotium & sanguinem & omnia inter se  
permixta sub vnum examen reuocare, imo igne quo-  
cunque & dubiae fidei instrumentis plus permutare ve-  
lit. Est plantis sua epidermis, sunt sua vasa exhalantia,  
quibus cutis subiacet cum panniculo adiposo, qui ex  
inficto vulnere resinam, gummata, lacrymas aut aliam  
adipis speciem plorat. Sunt iis vasa absorbentia, quae  
velut in omni superficie sita sunt, ita in primis ex poris  
radicum succos nutritios terrae per fabulum percolato-  
res recipiunt, & definito a laudatissimis viris *Halesio*  
*Desagulierio* aliisque motu per propria vasa vehunt, qui-  
bus spiraliter accumbunt tracheae aereae & fibrae ful-  
cimenti loco seruentes, ita ut recepta moueantur, mu-  
tentur, quaqua uersum distribuantur, ad certos vras  
varie segregentur, repurgentur certisque iterum locis  
eli-



eliminentur. Vnde est, cur sapor & odor fatuum magis  
in radice liquidum, in ramis maioribus plus excoctum,  
in foliis adhuc elaboratius, in floribas elaboratissimum  
deprehendant, quibus sine dubio singulis peculiaris  
vis inest minime confundenda. Haec organicae fabricae  
varietas efficit, ut idem qui attollitur in plantam succus,  
dulcis in arundine saccharifera, amarus in colocynthi-  
de sit, ut flavi coloris in chelidonio, albus in tithymalo,  
rubor in bera appareat, & ut alias vires cortex alias radix  
alias flores alias baccae & semina comprehendant. Quin  
& haec ipsa mire inter se differunt, quae maxime cognata  
videntur, ut spirituum vegetabilium vis nervios affici-  
endi, ex quibus odoratissimum hyacinthi spiritum hy-  
stericis ciere spasmos, spiritum rurae licet similiter  
praeparatum ortos sedare videoas. Omnia, quae deber,  
Chemia praestitit, si singulis partibus seorsim euoluendis  
apta instrumenta eaque suo ordine admouet, quae mu-  
tabiliora sunt, primum leniter & sine vi segregat, de-  
inceps fixiora diuellit, & ita per gradus corporum com-  
pagem soluit. Quae ita adquiruntur & in suas redu-  
cuntur classes, sive aquae sive spiritus sive salis sive  
olei sive terrae nomine veniant, sive in hoc sive illo sim-  
plicitatis suae aut etiam miscelae gradu considerentur,  
communes facile vires suas manifestant, at quomodo  
singula inter se in sua specie differant, id acerrimi iudicii  
vim eludere, non aequae sollicitae experientiae  
oculos fallere solet. Inter omnes plantarum partes  
fortassis floribus tanquam in summo perfectionis apice  
constitutis plurimum tributum est, quorum tamen fu-  
gitiua sunt munera, cum plerique sal volatile oleofum  
aromaticum, quod vix vasis coerceri ac contineri pos-  
sit,



fit, alii ut meliloti mucaginem tenuem, pauci sal fixum  
ut calendulae, at paucissimi plusculum terrei elementi  
ut flores nymphaeae & balaustiorum complectantur.  
Propterea cum delicias formae & suavitates odorum  
conlectantur, rario est insequentium saepe baccarum  
mefisis, quae tamen penetrantissimi olei & salis vberi  
prouentu non modo gaudent, sed et cum gloria insitae  
praestantissimae virtutis laudem fixitatis & durabilitatis  
coniungunt. Quam paeclara prorsus sit & eximia,  
quae ex baccis iuniperi lauri similibusque parantur in  
aegrotorum praesidium, & in expugnandis morbis chro-  
nicis, multiplex experientia loquitur. Idem inprimis  
de baccis liliorum conuallium valet, quas ob exambiti  
floris fragrantiam pauci permitunt ad statum maturi-  
tatis sua peruenire, dignas ceteroquin penitiori inda-  
gine. Atque his inter priuata artis tentamina peculi-  
arem operam nauauit, quin & inde dissertationis suaue  
inauguralis argumentum petuit nobilissimus doctissi-  
musque medicinae Candidatus

## IOANNES CHRISTIANVS SENCKENBERG,

de cuius ingenio & doctrina beneominamur, & hic pro  
more vitae eius curriculum, quod & ex sua parte spem  
hanc confirmet, paucis atteximus. Francofurtum ad  
Moenum eruditissimorum virorum haud infocunda  
mater eum in sinu suo genuit anno huius seculi septimo,  
mensis februarii die vigesimo octavo. Pater ei fuit pri-  
marius ciuitatis illius Physicus, *Ioannes Hartmannus*  
*Senckenberg*, consummatae tum experientiae tum do-  
ctrinae

\* \* \*

Etrinae medicus, quem cum magno aegrotantium desiderio trigesimus huius seculi annus e viuentium coetu surripuit. Mater *Maria Margareta*, *Antonii Raumburgii* I. V. D. & publicis ciuitatis negotiis expediundis praefecti, vulgo *Stadtschreiber*, filia, intemeratae fidei & pietatis matrona etiamnunc superstes in prole tam laetis auspiciis efflorescente vero perfruit fortunatae matris solatio. Aetate iam iuuenili, quam fidelissima scholarum disciplina excoluit, studium optimi Parentis amplexus, manumque paternam, quae ipsa duceret, exosculatus est. Magnae tam tenerae menti illecebrae fuerunt, amoenissimam spectare tot plantarum varietatem, quae circa illam urbem laeto hortorum prouentu germinant. Igitur tum temporis maxime Botanicas delicias spectatus est, nec datur alia medicinae pars, quae in isthoc vigore sensuum & inter illa promtissima memoriae praesidia felicius a iuuenibus excolitur. Nec tamen in his substitit solertissimi parentis cura, quamuis inter tot alias grauissimi munera occupationes diuisa. Suggestit crescenti aetati & per regulas & per exempla, quae omnem medicinam illustrarent, & nouas continuande industriae faces in animo filii accenderent. Inter haec noster humanitatis & philosophiae studia sub Restore & Collegis Gymnasii patrii cum laude absoluit. Quae studia emensus autumno anni 1726, Laubacum se contulit, experientissimi agnati sui, *Io. Iacobi Reichii*, illustrissimorum Comitum illic locorum Archiatri fide & institutione vsurus. Suppeditauit integerrimus vir ex penu locupletissimarum obseruationum tum physici tum medici argumenti, quae noster per annum fere alaci ingenio comprehenderet. Post redditum in patriam

\* \* \*

triā accessit Anatomica & Chirurgica Institutio ex-  
cellētissimi viri, *Ioannis Michaelis Büttneri*, nunc pri-  
marii Physici Francofurtensis, nec minus exasciata o-  
pera Physici ibidem ordinarii celeberrimi *Ioannis Iacobi*  
*Grambsii*, cui in Anatome practica & cognitione mate-  
riæ medicae insignem profectum suorum partem tri-  
buit Candidatus noster. Quid de parente addam, cu-  
ius palam est non quieturas tuīsle operas in adolescen-  
te, quas in puerō cum voluptate collocarat. Haec  
per triennium noster egit, vicinasque regiones crebro  
peragravit, ad aerem aquas naturas moresque homi-  
num attendit, triplicesque naturae opes, & quae alia  
medico visui commoda videbantur, cum industria &  
pro viribus aetatis excusit. In qua studiorū matu-  
ritate cum annorum viginti trium esset, Academiam  
Halensem petiit anno 1730. & per biennium grande illud  
medicinae decus, illustrem *Fridericum Hoffmannum* in  
physicis & praxi medica audiuit, pariterque professo-  
res alios eximiae famiae, *Michaēlem Alberri* in omni me-  
dicinae parte, *Ioannem Junckerum* in Chymia & materia  
medica & praxi clinica, *Io. Henr. Bassium* in Chirurgia  
Anatomia & arte obstetricia fiducie secessatus est. At-  
que ut horum omnium ita maxime laudatissimi *Jun-  
ckeri* benevolentiam erga & extollit. Accidit sub  
finem anni 1731, vt aduersae valetudinis causta Halam  
venerit vir perillustris *Rudolphus Antonius ab Heringen*,  
Dominus Mehlrae Keulæ Bouentæ, Serenissimi Prin-  
cipis Saxoniæ Gothani consiliarius secretior & ad comit-  
tia nomine Ducatum Gothani & Altenburgici alega-  
tus. Is sibi nostrum in itinere comitem ac medicum  
delegit, secumque postea habuit Mehlrae & Erfurti,  
vbi



vbi celeberrimi consiliarii & Professoris *Hermannii Pauli Iuchii* amore frui Candidato nostro licuit, qui post reparatam perillustris Viri valetudinem in patriam rediit ad medicinam faciendam. Anno 1735. trans Rheenum, vt latentes ibi naturae diuitias scrutaretur, comitatus est amantissimum fratrem suum *Henricum Christianum Senckenbergium*, quem Consiliarium regium & Professorem iurium ordinarium haec colit academia nostra, tunc Consiliarium Rhengrauticum. Atque illo tempore noster ad aulam illustrissimae comitis viduae *Ludouicæ*, natae Comitis Nassouiae, post fata *Caroli Dhunas* Kyrburgique Wildgrauii terras illa illustrissimæ prolis nomine regentis fecessit, multisque aegris & inter hos præcipuae dignitatis viris arte sua consuluit. Reditus deniū penatibus suis sine partium studio sine vanæ gloriæ cupidine Deo aegrisque seruire perrexit, & ne illatas manus sacris medicinae intulisse videretur, adquisitam tot annis scientiam suam examini ordinis Medici in hac Academia Georgia Augusta submittere honoresque & priuilegia ac iura doctoris medici petere voluit. Haud refragari tam iusto petito licuit, nec peractis examinibus dubitare, quin in dignum & bene merentem haec academicorum honorum praemia caderent, quae illi proinde totius collegii medici consensu decreta in solemní illa panegyri, quae die XVIII. huius mensis instat, bono cum Deo conferam. Ipse vero vt reliqua, quae sui muneris sunt, expleat; disputationem inauguralem de *Lilii conuallium eiusque in primis baccae viribus* conscriptam die IV. huius mensis eruditorum exponet placidae disquisitioni, ac sine præfide defendet, & rem omnem sermone de pietate medici ordietur. Cui vt



præ-

● ● ●

praesentiam suam ac beneuolas aures commodare velint, Magnificum Academias Commissarium, Illustrissimos S. R. I. Comites, grauissimos Academiae proceres, Hospites omnium ordinum ac dignitatum honoratissimos Civesque Academiae generosissimos nobilissimosque obseruantur & per humaniter inuito. P. P. die III. Septembr. A. O. R.  
CIO CC XXXVII.



FRATRI SUAVISSIMO  
JOANNI CHRISTIANO  
SENCKENBERG,  
S. D. P.  
HENR. CHIRITIANVS SENCKENBERG

Qui ab ineunte ætate, omnibus iis, quæ TIBI fau-  
sta feliciaque contigerunt, MI FRATER! haud  
secus, ac meis, gaudio affici solitus sum, non  
possum non, in præsens TIBI novos honores gratula-  
ri, pro quibus rite, & ex more majorum obtinendis,  
consuetam pugnam hac luce inis. Dediti amori in me  
Tuo, ut nostram, in qua mihi Jus profiteri contigit,  
Academiam, omnibus aliis, etiam Patriæ nostræ magis  
vicinis, & hanc dignitatem sponte offerentibus, præfer-  
res. Gratias ago vel hoc nomine, & ut albus hicce  
dies, per multa annorum spatia, semper candidior  
TIBI recurrat, apprechor. Neque vero eo modo ad  
huncce locum accedis, quo aliorum multi id hodie a-  
gere assolent, maturus hanc lauream, hæc decora  
ambivisti, quæ capere ante aliquot lustra licuisset. Ea  
fuit B. PARENTIS nostri institutio, cui plurima TE  
debere sponte fateris, quique ut Medicus es, ante  
quam alii studiorum nomen capeſſunt, effecit. Meruisse  
TE quæ mox conferentur decora, judicium Honora-  
tissimorum Collegarum meorum AMPISSIMÆ FA-  
CULTATIS MEDICÆ Professorum, satis sufficienti  
indicio est. Non nisi meritos admittere consuevit  
GEORGIA AUGUSTA, nec unquam ab hoc more  
recedet. Redibis ad communem TIBI mecum matrem  
ho-

honoribus gravis, redibis omni exceptione majore vir-  
tutis eruditionisve testimonio munitus, succedes PARENTI in stadio amplissimo, bene merebore de Patria & omnibus bonis. Eæ nimirum fuere B. PARENTIS, quem dixi, spes, quarum eum damnari fata no-  
luere, ad meliorem vitam promotum. Est aliquid Medicum agere, si non eo modo agere velis, quo vul-  
gus affolet. Longa experientia, multa adsiduitate, am-  
pla eruditione, insigni judicio hic opus. Tu, MI FRA-  
TER! præfiscine id dicere Fratri liceat, cuncta hæc  
unus ad Praxin, quam vocant, affers. Jungis pro-  
priæ longam B. Parentis Observationum seriem, quas  
partim vivus ore tradidit, partim pluribus volumi-  
nibus contextas reliquit. Adsiduitatem & reliqua non  
prædico, partim ne modestiæ TUÆ sim gravis, par-  
tim ne TE prædicando, splendorem quasi genti no-  
stræ, ex TUIS virtutibus conciliare velle videar. Ac-  
cedit reliquis insignis pietas, omnibus certe utilis, in-  
primis vero Medico commendanda, qui sæpe in dis-  
crimine & animæ & corpori simul mederi debet & so-  
let. Ita instructus, tene illud quod cepisti iter, atque ad  
Optima quævis, ex honoribus in TE conferendis, ma-  
iores sume spiritus. Gratulor ego TE CIVITATI  
PATRIÆ, sed meam vicem simul ut doleam, con-  
cede, qui eo ipso illius diei dolores sentio, quo a TE  
denuo divelli necessum erit, cum negotia, ut domo  
diu absis, non permittant. Quam agre feram illius  
diei tristitiam! sed hunc quidem lætitiae dabimus, de  
tristibus vero tum cum advenerint, cogitare satius  
erit. Ita salve! Dab. prid. Non. Septembr.  
M DCC XXXVII.





Göttingen, Diss., 1737

ULB Halle  
004 349 628

3



f  
Sb





17

IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA  
ORDINIS ME DICI PRODECANI  
ET PROFESSORIS PRIMARII  
GEORGII GOTTLLOB RICHTERI D.  
CONSILIARII AVLICI ET ARCHIATRI REGII  
INVITATIO  
AD  
DISPV TATIONEM MEDICAM  
IN AVGVRALEM  
CANDIDATI MEDICINAE DIGNISSIMI  
IOANNIS CHRISTIANI SENCKENBERGII  
FRANCOFVRTENSIS AD MOENVM  
DIE IV. SEPT. A. O. R. CIC IO CC XXXVII  
LOCO HORISQVE CONSVETLS HABENDAM.



G OT T I N G A E,  
STANNO IOH. CHRIST. LVD. SCHVLTZII,  
ACAD. TYPOGR.

